

Caictan.

epulis alerent opportunis, & de illorum tam valetudine, quam educatione, atque institutione curarent. Attestatur præterea Caictan. in v. 24. Nisi fuisset consuetudo (inquit) ut pueri trium annorum dicati Deo, in domo Domini manerent; nequamquam fuisset oblati & receptus Samuel triennis. Elucet consuetudo in præsentatione Virginis-Matris, de qua latè Canisius lib. 1. de *Deipara Virgin.* cap. 12. Dixit ipse Samuel, dum cavit audita à Deo denunciare Sacerdoti Heli, ut astruit Philo Biblicus: Sic ut prophetizem à perditione nutritoris mei? & Heli: Etsi castiges nutritorem tuum, vivit Dominus, ne abscondas à me, quæ audisti. Quo patet in Tabernaculo provideri in huiuscemodi ætate necessaria; igitur pueris verosimilius, destinatum fecerunt in Sanctuario, quando virginibus & viduis iuxta constat concessum. Vide Ioseph. lib. 5. de *Bello Iud.* cap. 12. Ipse lib. 5. *Antiquit.* cap. 11. de Samuele dicit: Mater voti rea puerum Heli tradidit, Deo consecratum: debebatque circa fanum, cuius mini steris educabatur. Constat ex lege: *Levit.* 27. præscribitur commutatio voti viri aut femine secularis, qui respui debebant commutato servitio pro pretio in usum Sacerdotum, quoniam ad officia servilia deputati erant Gabaonitæ: ibique signatur pretium pro quacunq; ætate. Si verò erat ex *Levitis* aut Sacerdotibus qui destinati statim tempore Sanctuario, commutatio nequibat fieri etsi ab uno mense dicari posset, ut dicitur *ibid.* v. 6. Quo patet, cautum à sacerdotibus, ut ibi essent necessaria ad vitam oblatorum ab uno mense: unde nō fallor, pretium ibi signatum pro illa ætatula abduobis solvi à parentibus in victum oblatorum. Hinc consentaneum arbitror, pro Samuele usque in ætatem servitio congruam, vel prænitam à lege, aliquod pro victu à matre solum, sicut illi curæ fuit pro cultu quotannis asserre tunicam puero. Alias, qui pauperes, ut alerentur à Sanctuario, filios voverent usque in validam ætatem. Hacque de causa non admittebantur vota, sed commutabatur ex laicis scilicet, non destinatis lege in ministeria. Idem arbitror de puellis; sed intelligenda lex de nullius admisione, quandiu Tabernaculum sedem non habebat: ceterum dum templum erectum est, etsi solveretur pretium pro victu, voti commutatio nequibat fieri. Hæc mera cogitatio est: dicant alij alia. Consule Suarium in 3. p. D. Thom. q. 29. *disput.* 7. ante section. 1. equidem post templum formatum locum fuisse destinatum feminis liquet ex 4. *Reg.* 11. 3-2. *Mach.* 3. 19. & *Luc.* 2. 37. Quod verò dicitur de Feminis tam *Exod.* 38. 8. quam, 1. *Reg.* 2. 22. excubatio, seu vigilie causâ orationis, loci devotionis dicende sunt potius, quam habitatio, cum in Sanctuario non degerent, sicut virgines post templum extractum: de Oblatione Virginis Mariæ Domine N. à parentibus, lib. 1. *Parten.* canit Baptista Mantuan.

Mantuan.

Mos erat antiquus longum servatus in ævum,
 Adæ puellares annos includere sacra;
 Et ætatem Deo teneram, primamque dicere
 Virgineæ florem vitæ, & generare pudoris
 Ingenii curam, sanctosque inducere mores.
 Propterea legum memores, & moris aviti,
 Venturi Solymam trima cum prole parentes
 Deferere solum.

Aliqui textus sacros torserunt aliorum, ut Caictanus in loca præfata *Exod.* & 1. *Reg.* 2. 22. verum causa cadit, quippe morem ex quo erectum tabernaculum, ferè cuncti DD. profitentur. Gotfridus Viterbiensis in *Chronic.* part. 4. etiam succinit:

Gotfrid.

Mos erat in templo teneras servare puellas,
 Quas ibi lege sua cum Religione reservant.

21 Pro oblacione puelli Samuelis, sciendum à multis varias cogitari ablaciones. Lira hic num. 7. subdit: Duplex est ablactatio, una est abstractio à lacte mamillæ; & ista circa principium tertij anni, vel circiter. Alia est ablactatio, quando abstrahitur puer à lacte pueritæ, quando incipit uti alijs cibis communibus, & lacticiis non nutritur amplius: & hoc fit circa decimum annum, vel circiter: & de hac ablactatione loquitur hic Scriptura; quia ante decimum annum pueri non sunt apti ad faciendum aliquod officium in templo Domini: sed ex tunc possunt aliqua officia parva facere, ut accendere lampades, vel huiusmodi: & sic paulatim assuescitur ad maiora. Petrus Comest. hic cap. 4. addit & aliam ablactationem. Prima (inquit) est à lacte mamilla, quæ fit tertio anno. Secunda à lacte infantie, quæ fit septimo. Tertia à lacte pueritæ, quæ fit duodecimo, & sic amovetur puer à nutritæ, à pedagogo, à tutore. Porro mirum videtur esse,

Lyr.

Quæ in-
fantia abla-
ctatione?

Petr. Com.

quo.

puerum bimium, quasi nobiter ablactatum adductum esse ad ministrandum in Tabernaculo. Confirmari possunt acceptiones ex ablactatione Isaac: qua de causa dicitur *Genes.* 21. 8. Crevit puer & ablactatus est: fecitque Abraham grande convivium in die ablactationis eius. Ex quo Abulenſis hic ablactationem signat magnam festivitatem Iudæorum. Unde ne aliquod exponatur sine nugis, addunt Rabbini in hoc illustri convivio præter Mambre, Eschol, & Aner; Sem filium Noë, & Heber accubuisse cum Isaac. Laudite. Hinc liquet, puerum grandioris fuisse ætatis; ita ut non solum depulsus esset ab ubere, quod tertio anno fit; à teneritudine infantie roborata lacticiis, quod anno fit septimo; sed etiam à vinculis pueritæ, quod decimo anno, vel duodecimo: igitur iam tunc pueri habiles ad aliqua exigui muneris ministeria. Illustratur cogitatio ex illo Isaac, cap. 7. 15. ubi de puero, Salvatore nostro, filio Dei, non designato hominis carnem assumere, ut veritas patesceret carnis; dicitur: Butyrum & mel comedet; ut (pro Usque) sciat reprobare malum & eligere bonum: igitur usque in ætatem discretionis capacem, Israëlita filios lacticiis alebant ac dulcioribus; ne carnis imbecilles fierent: equidem lacticia conformiora ætati, commodaque magis ad acuenda ingenia. Vide Abulenſis in 2. *Reg.* 14. q. 6. Quare Sanctus in 7. *Isai.* n. 5. iussidit: Credo hic aliusum ad usitatos cibos, quibus alantur infantes in Iudæa. Idem affert de Syris, Chaldæis & Aegyptijs Scaliger, *Exercitat.* 252. de Belgis, Reyes ubi supr. *quæst.* 85. num. 20. monet faciendum in cunctos pueros Ioannes Huarte in libro profecto ludicro, quem dicit *Examen Ingeniorum.*

Abulenſ.

Ut pro U6
que.

Isai. 7. 15.

Sanct.

22 Hæ utique lactationes & ablactationes imaginariæ sunt, quas minimè asserunt testimonia præfata: equidem si quia crevit Isaac, ablactatus est grandiuſculus; antequam ablactaretur, non crevit? Crevit vel dum lactaretur, & erat pupus. Pueri nesciunt quid sit bonum naturæ, aut malum; amarum & dulce, prorsquam sint septem annorum? Hæc nescientia potius probat spatium; quo pueri materno lacte nutriuntur, ut claret ex contextu Isaac: siquidem v. seq. dicitur: Antequam sciat reprobare malum & bonum: quæ sanè phraſis explicatur, cap. 8. 4. ubi: Antequam sciat puer vocare patrem suum & matrem suam. Norunt omnes vocare ante septimum: si nesciunt, quia infantes; adhuc constant sub ubere puſiones. Ergo lactatio & ablactatio, præter sonat, accipienda, qua de causa illarum metaphora locum non habet in Tautologia præfatis testimonio: equidem ablactatio nil aliud est, quam remotio lactentis ab uberibus nutriticis. Sic Virgilius 3. *Elog.* v. 82. Depulsus arbutus hædis: idest, ablactatus, ut idem canit *Elog.* 7. v. 15.

Isai. 8. 4.

Depulsos à lacte domi quæ clauderet agnos.

Virgil.

Eadem Varro lib. 2. de *Ling. Lat.* Expressè apud Isaiam, ut vidimus à num. 3. Ablactatos à lacte (idest, per Alyntheton, vel Alyntheton, quoniam sine coniunctione avulsos ab uberibus. Maluend. Depulsus à lacte. Claret ex contextu. De lactante matre dicitur *ibid.* Mansit ergo mulier, & lactavit filium suum donec, &c. En quomodo lactatio & ablactatio exponuntur munera femine; quippe illæ duntaxat lactant, & ubera grandiuſculis præbere recusant: aliæ autem ablactationes possunt fieri à viris, & non à nutriticis. Ita pueri dicuntur Filij excussorum: *Pſalm.* 126. 4. Maluendaque in v. 25. ubi: Obtulerunt puerum Heli, legit: Venire fecerunt excussum ad Heli. Etiam stylus inter Profanos. Claudian. 2. in *Eutrop.* v. 253. Postquam puer uberibus expers. Apollon. Rhodius lib. 4. v. 77. Tunc matris ab ubere raptio, & pro voto Deo obtulit, simulatque ab uberibus avulsit. Promittit: Dabo cum Domino omnibus diebus vitæ eius, dixerat, v. 11. Non omnibus diebus pueri vitæ dedisset; nil illic uti nutriti quibat alijs cibis à lacte, Domino offerret. Inde periodi geminatio ex supposito haud aliud indicat, quam pueri oblacionem factam, cum esset adhuc tenerimus; idest, puer pupus. Hebr. Puellus, puellus. Quod utique dicitur v. 24. Puer autem erat adhuc infantulus. Pende: Haud puer infans, sed infantulus, quasi invalidus in vocum articulationem. Adhuc palpitan- te cerebro, ut loquitur Pliniano stylo, qui lib. 11. cap. 37. Uni bominum (inquit) infantia palpitat, nec corroboratur ante primum rationis exordium. Sicine demonstratur adhuc in infantia eximia teneritudo. *Pſalm.* 21. 10. Ab uberibus matris meæ. *Levit.* 22.

Isai. 28. 9.

Alyntheton
in script.

Maluend.

23 Lucet modò in Tautologia propoſitum geminationis suppositi: nimirum, Lactavit, donec amoveret à lacte. Est ergo ostentatio perfectionis voti genitricis, atque temporis dedicationis infantis. Non expectavit pia mater, ut grandior esset pupus, quam ablactatus; sed lactavit pro officio, & pro voto Deo obtulit, simulatque ab uberibus avulsit. Promittit: Dabo cum Domino omnibus diebus vitæ eius, dixerat, v. 11. Non omnibus diebus pueri vitæ dedisset; nil illic uti nutriti quibat alijs cibis à lacte, Domino offerret. Inde periodi geminatio ex supposito haud aliud indicat, quam pueri oblacionem factam, cum esset adhuc tenerimus; idest, puer pupus. Hebr. Puellus, puellus. Quod utique dicitur v. 24. Puer autem erat adhuc infantulus. Pende: Haud puer infans, sed infantulus, quasi invalidus in vocum articulationem. Adhuc palpitan- te cerebro, ut loquitur Pliniano stylo, qui lib. 11. cap. 37. Uni bominum (inquit) infantia palpitat, nec corroboratur ante primum rationis exordium. Sicine demonstratur adhuc in infantia eximia teneritudo. *Pſalm.* 21. 10. Ab uberibus matris meæ. *Levit.* 22.

Hebr.

Plin.

Samuel in. 27. Sub ubere matris. Homer. Odysf. 17. v. 127. Nuper natos, lacte nutritos. Quint. Calaber. lib. 6. Paralip. v. 139. Infantem, lactis egentem. Et Ovid. 3. Metam. fab. 3. Imperfectus adhuc infans: lactisque alimenta dedere. Hinc de Samuele hoc in articulo Chald. Cum esset lactens: haud quia lactebat, à matre iam excullus; sed quia præ atate quibat adhuc esse sub nutritis ubere. Fuit apud matrem tempore lactis in Augulân.

Augustin. Philo Bibl. ait, in Psalm. 98. Indicat ætatem Philo Bibl. ubi supr. subdens: Lactavit infantem, quousque fieret duorum annorum. Hoccine sanè intuitu dicitur à matre cum invitaretur ad festum, v. 22. Non vadam, donec ablaçetur infans, & ducam eum, ut appareat ante conspectum Domini, & maneat tibi ingiter. Perpende: Ducam, cum fermonis, atque propositi consequentia, v. 24. Et aduxit eum secum postquam ablaçaverat. Pe-

de nequibat Sanctuarium ingredi: ideo ducendus à matre, Sed cum ipse, qui adductus est, asseritur (ait hic Gregor. Magn.) etus quoque delationis causa memoratur; cum subditur: Puer autem erat adhuc infantulus: nam si infantulus tunc non esset, dum per se posset accedere, duci huc ab alio non oporteret. Indigit profectò nutritis unis nimia puerilitudo Samuelis infantis. Constat præterea ex tunica parva, quam quotannis penerulo asserbat mater, cap. 2. v. 19. Statutis diebus: hoc est, de anno in annum, vel singulis annis: uti legit Maluend. quo loc. Gregor. Magn. Apta (ait) sue parvitati accepit monumenta. Unde Chrysofom. Homil. 2. de Fide Anna, multa in propositum congerit, & speciosa; quæ legeris, quippe multa: quæ autem à pluribus DD. adducuntur ex Theodorero, fateor ingenuè non legisse: etenim inter eius opera haud invenio quationes in lib. Regum.

24. Causa huius citæ ablaçationis, præter votum, signatur à Gregorio Nazianzen. Orat. 40. ubi: Infans tibi est: Ne occasionem improbitas arripiat, ab infantia sanctificetur, ab ipsi unguiculis Spiritui Sancto consecratur: An propter naturæ imbecillitatem sigillum metuis? Atqui Anna Samuelem in lucem editum statim consecravit. Statim à lacte in Tabernaculum ducit; ne sensus depravarentur: imò transfret ab uberibus matris, ad ubera discipline Sacerdotis.

Hoc docet à puero, virtutum discere facta. Gregor. Nazianz. Car tunc dicitur? Canit Phocylides in Admonitor. v. 130. & Virgilius, 3. Georg. v. 187. etfi alios: Atque hæc iam primò depulsus ab ubere matris Audiat.

Ita ergo Anna filium pupum in Sanctuarium transtulit, ut filius esset à gratia, quem hæc buerat ex natura; & claretur cuius esset.

Nec enim de tigride natus, Nec rigidos silices, solidumve in pectore ferrum, Aut adamanta gerit, nec lac bibit ille leana. Vincetur.

Ait Ovidius, 9. Metam. Fab. 11. & Tibullus lib. 3. Eleg. 4. à v. 874. Nec canis anguinæ redimitus torga catervâ, Cui tres sunt lingua, tergeminumque caput; Scyllaque virginæ canibus succinçta figuram; Nec te conceptum sæva leana tulit.

Est longè ante alias omnes mitissima mater Et culta duris non habitanda domus.

Filio ergo applaudebat in gremio sanctissima femina, vehebaturque Samuel sicut ablaçatus super matre sua. Adeo laborem allebat & minuit maternus amor (inquit Nicol. Nancelius lib. 13. Problem. 14.) & propensa in suos volantes. Adeo suave est, de sua sapientia & doctrina veluti rivulus in nati sui ingenium, ceu fundum transfundere, & mutuâ animorum communicatione, sicuti tandem bonorum omnium; ita nunc primum doctrina & liberæ educationis, sanctorumque præceptorum & documentorum benedem se vivâ facere instituereque.

Hinc amor, hinc validum devoto militi robur; Hinc natis mansura fides: hinc nobilis ortus, Nullaque privata passus contagia fortis, Membraque vestitu nunquam temerata profana In sacros cecidere sinus.

Quasi in nostrum propositum cecinit Claudian. IV. Honor. Consul. à v. 120. Præ venit Anna tradens filium imbuedum sanctis moribus Summi Sacerdotis lu-

Summa dele Ratio ma- teis, ipsius in infanti optimi mo- res. Nancel.

Claudius.

Quasi in nostrum propositum cecinit Claudian. IV. Honor. Consul. à v. 120. Præ venit Anna tradens filium imbuedum sanctis moribus Summi Sacerdotis lu-

Quasi in nostrum propositum cecinit Claudian. IV. Honor. Consul. à v. 120. Præ venit Anna tradens filium imbuedum sanctis moribus Summi Sacerdotis lu-

Quasi in nostrum propositum cecinit Claudian. IV. Honor. Consul. à v. 120. Præ venit Anna tradens filium imbuedum sanctis moribus Summi Sacerdotis lu-

brica pericula ætatis, de quo Tautolog. seq. à numer. 13. Innuat Persius, Satyr. 5. à vers. 34.

Cumque iter ambiguum est, & vita nescius error, Deducit trepidas ramosa in compita mentes. Me tibi supposui, teneros tu suscipis annos: Et premitur ratione animus, vincique laborat, Artificemque tuo ducit sub pollice vultum: Unam opus & requiem pariter disponimus ambo.

Persius:

25. Ut ergo omnino Lyra respondeamus, restat dicere de ministratioe Samuelis coram Heli, ad quam uti inhabilis præ atate rejicitur; de qua uti proprio loco agemus Tautolog. 5. Post Samuelis à parentibus oblationem, ac tabernaculo mancipationem, dicitur cap. 2. v. 11. Puer autem erat minister in conspectu Domini ante faciem Heli sacerdotis: & v. 18. Ministrabat ante faciem Domini puer, acinctus Ephod lineo: quæ quidem vestis insignis ministerij Levitarum. Abulensis hic quæst. 8. adhuc in illa atatula, cogitat puero creditam Tabernaculi custodiam, ac vigiliam ante Arcam. Maluend. inquit: Ministrabat, idest, pro atatula canendo & pulsando instrumenta Maluend. musica: verum hæc omnia non biennio, aut triennio temporis apta: imò si hæc aut similia credita, non Samuel infantilis ætatis, sed grandiuçula. Quomodò quibat (quod minimum erat) canere, qui vix didicerat loqui? Ter iteratur ministratio Samuelis, cuius tempora Tautolog. seq. distinguemus. Ex quo clarebit, quòd si post oblationem ministrasse dicitur, infantili ætate oblatu s fuit. At quomodò ministrabat? Arbitror uti congruum cum Chrysofomo, ubi supra, indolem Samuelis, nativitatem ex sterili, ac dedicationem præcocem, ministrasse admirationem cunctibus in Silo: qua de causa libid. dicit: Quamquam puero etas erat immatura, virtus tamen aderat natura (idest, specimina virtutis) nam ascenditibus in templum omnibus, multa religioni ac pietatis magister factus est. Philo Biblicus astruit, populum scivisse puerum promissum in committis Prophetam, Populus autem (inquit) descendit unanimiter in sillo cum tympanis & choris, cyneris & nablis; & venerunt ad Heli sacerdotem, offerentes ei Samuel: quem statuerunt ante conspectum Domini, uncerunt eum, & dixerunt: Vivat Propheeta in plebe, & in longo tempore sit lumen genti huic. Samuel autem erat infans valde, & nihil horum sciebat. Dionysius Carthusianus astruit supernaturaliter Samueli (intelligendum, non tunc ablaçato, sed decursu temporis iam grandiuçulo) col-latas fuisse vires, ingeniositatem ac agilitatem in ministeria: ideoque Heli illum, puerulum ornavit Ephod, veste scilicet facta, uti ante tempus iam aptum officio. Verosimile, fuit (ait Procopius) Heli vidisse in eo florentem divinam gratiam, eò quòd esset natus admirabiliter, & præter opinionem, & intus aleretur in Tabernaculo: ideo eo bonore admodum puerum impertisse. Causa fumenda vel ex Ethnico. Felix ingenium! Nam ut Dij immortales nullam didicere virtutem, cum omni editi & pars natura eorum est esse bonos; ita quidam ex hominibus egregiam sortiti indolem, in ea quæ tradi solent, perveniunt sine longo magisterio, & honesta complexi sunt, cum primùm audierint. Unde ista tam rapacia virtutis ingenia & ex se fertilia? Hæc Stoicus Epist. 95. Favet cogitationi; quod meditatut Chrysof. quo supr. Homil. 2. Anna (ait) cogitabat infantem illum, non tantum ut infantem, verum etiam ut rem Deo consecratam: Ideoque matri geninus amoris stimulus instus est, aliter à natura, alter à gratia: ac meâ quidem sententiâ etiam reverebatur puerum suum. Aliquid sanè maiestatis anime lucebat, dum tam mater, quam Sacerdos illâ in atatula decreverunt ministrare Sanctuario.

Quomo- Samuel pue- rulus mini- strabat? Chrysof.

Philo Bibl.

Procop.

Senec.

Initia eius per Summa. Chrysof.

Ingenium celeste suis velocius annis Surgit, & ignavæ fert malè damna moræ.

26. Nec urget quod dicitur de Ephod, quæ vestis connotare videtur ministerium sacrum: equidem duplex erat Ephod, seu superhumeralis: & quod tantum Summo Sacerdoti congruebat, de quo Exod. 28. 8. dicitur: Ipsa contextura & cuncta operis varietas erit ex auro & hyacintho & purpurâ, coccoque bis tinçto & bysso retorta. Et quod dicebatur Ephod lineum, commune Sacerdotibus & Levitis, quod dicebatur linea tunica, Græcè, Epomis; apud Nostrates: Roguete, aut Sobrepelliz. Videtis Hieronym. Epist. 127. ad Fabiolam, & 130. ad Marcellam. Ariam Montan. in Appar. in Aëror. Maluend. lib. 11. de Antichrist. cap. 13. Riber. de Templ. lib. 3. cap. 10. & denique Augusti in Iudic. quæst. 41. Huiusmodi amiculum inficiatur hic num. 57. Doctif. Sanctius, extra

Duplex Ephod in ministerio sacro.

San;

Sanctuarium effertur posse, etsi aliquid esset vel appareret sacrum, iuxta illud Ezechiel. 42. 14. *Cum autem ingressi fuerint Sacerdotes, non egredientur de Sanctis in atrium exterius, & (pro Sed) ibi reponent vestimenta sua, in quibus ministrant, quia sancta sunt: vestienturque vestimentis alijs, & sic procedent ad populum.* Lubenter tanti viri auctoritati suffragor: sed intelligendam in usu communi, non verò de extraordinaria functione, ut patet, 1. Reg. 22. igitur accersitos a Saule à Nobè in Gabaa, Doeg trucidavit in die illa octogintaquinque viros, vestitos, Ephod lineo: v. 18. Etiam cum veste sacratione occursum Iaddi Pontificis summi Alexandro Macedoni, refert Iosephus lib. 11. Antiq. cap. 8. *Cum renunciatum esset Alexandrum (infit) iam non procul ab urbe adesse; progressus est cum sacerdotibus, & urbana malitudine, pompa quadam novâ & venerabili usque ad locum. Alexander enim ut vidit è longinquo candidatum populum, & sacerdotes ante agmen in amictu byssino (en Ephod) Pontificemque in stola byacinthina, auro distincta, tiamam in capite gestantem, cum præfixa aurea lamina insculpta Dei nomine; solus ad eum accedens, nomen illud adoravit, & salutavit Pontificem.* Abiathari comiti Davidis in persecutione, sæpe dicebatur ab illo: *Applica Ephod.* 1. Reg. 30. 7. & 23. 9. ubi v. 6. *Et tempore quo fugiebat Abiathar, filius Achimelech à David in Ceitam, Ephod secum habens descenderat.* Quo perspicue lucet usus vestis sacrae extra functiones Sanctuarij.

Ioseph. An vestes sacrae extra functiones Sanctuarij:

Quæ à re-pore ministriatio Levitarum Num. 8. 24. Cap. 4. 2.

Ordo Virginum Vestalium in ministerio. Halicarn.

Prudent.

27 Ephod ergo lineum aptatur illa in ætate Samueli, haud quia tunc posset ministrare, sed ut assisteret habitu non degeneri ministrantibus: idest, non vulgari cultu ac veste, uti nos facinus cum pueris, sacris servientibus: turpe namque ingredi in Tabernaculum cum cæteris ministris, sine veste ministrorum, etsi non ministraret, sed ministrantes apiceret. Quod manifestum in Levitis vel ætate adulta: igitur Ephod accincti à vigesimo usque trigessimum annum, quo tempore sese apabant ministerio, quin quicquam facerent, quam discere quid facturi, contemplantes Levitarum ministrantium functiones, & ordinata munera. Quo intelligitur antilogia insignis. Numer. 8. 24. dicitur: *Hæc est lex Levitarum: à viginti quinque annis & supra, ingredientur ut ministrent in tabernaculo federis: & cap. 4. 2. de Caathitis, v. 22. de Gerzonitis, v. 29. de Meraritis dicitur: A trigesimo anno & supra, ut sint & ministrent in tabernaculo meo.* Idem, 1. Paralip. 23. 3. Anno igitur quinto supra vigesimum consecrabantur in ministerium, cuius ritus quinquennio discabant & perdiscabant: anno verò trigesimo proprie ministrabant, incipientes datum sibi à lege munus obire. Ustipata huiusmodi disciplina à Gentibus in ministerio virginum Vestalium, quo fungi per annos triginta religio fuit: decem primis dicebantur *Mellirenes*, quasi novitiæ: alijs decem, *Irenes*, quasi ministræ: decem postremis, *Protirenes*, quasi magistræ: de quo Nos in *Ephemered.* 25. August. *Has necesse est per triginta annos manere puras à nuptijs* (ait Dionys. Halicarnass. lib. 2. Antiq. Rom. cap. 39.) *sacratio servientis & legitimis ceremonijs: ac primo decennio rationem sacrorum eas oportebat discere, sequenti exercere, postremo docere alias: post exactum verò annum trigessimum nihil vetabat, eas postis coronis, reliquisque insignijs sacerdotij, cui vellent, habere.* Quod ridet Prudentius lib. 2. in *Symmach.* à v. 1891.

Nubit anus veterana sacro perfuncta labore, Desertisque factis, quibus est famulata iuventus, Transfert emeritas ad fulera iugalia rugas, Disceit & in gelido nova nupta tepescere lecta.

Vide Plutarchum in *Numa*, & *Alexand.* ab *Alex.* lib. 5. *Dier. Genial.* cap. 12. Lex præfata de Levitis viguit quandiu fuerunt in deserto, quo transferenda cum castris utensilia in Tabernaculo: etenim postquam David collocavit Arcam sacram in arce Sion, & per vices constituit ministeria sacerdotum, Levitarum, & Cantorum; signavit Levitarum ministeria à vigesimo anno & supra. *Causam videris, 1. Paralip. 23. à vers. 25.*

28 Sic igitur Samuel ornatur Ephod, ut ex illa ætate cunctis clareret Deo dicatus: ideo etsi quia Levita servire debebat Tabernaculo, cum adoleceret ætas; per votum matris ab infantia destinatur ministerio, ex quo ablactatus: qua de causa cingebat filium Ephod, ut ex quo à lacte excussus, constaret Sanctuario mancipatus; uti videbimus infra, à n. 37. Ni velis dicere cum Sanctio hic n. 59. & cum Riberâ de *Templ.* lib. 3. cap. 10. Ephod lineum absolute non esse vestem sacram, nisi Sacerdotibus & Levitis post consecrationem in ministeria: igitur sæculares Ephod lineo usos fuisse

Ephod laicum.

con:

constat; ad similitudinem, seu speciem Ephod linei Sacerdotum & Levitarum, vel ad ornatum, vel ad religionis cultum, vel ut in sacrorum functionibus veste extimâ conformarentur cum ministris. Ita David erat accinctus Ephod lineo in translatione Arce, 2. Reg. 6. 14. Clariusque, 1. Paralip. 15. 27. *David indutus erat stola byssinâ, & universi Levitæ qui portabant Arcam, Cantoresque.* Unde Caietanus hic: *Habitum (infit) simile amictui sacro Levitarum assumpsit David in his sacris, perinde ac si rex hodie uteretur habitu clericali in solemnibus supplicatione.* Idem Maluenda. Facilius augurium esset huius difficultatis, si diceremus, quod audivit Pineda, 5. de *Reb. Salomon.* cap. 5. scilicet. 23. num. 157: nimirum, Ephod ibi significare vestem pretiosissimam topaziatam, gemmis & auro fulgentem. Quomodo huiusmodi vestis angusta possit dici Ephod lineum; & obviargari, possit Rex à Michol quasi nudus, & unus de scurris, ipse viderit: ego autem minime cogitationi suffragor, maxime cum diceret Rex: *Vultor siam plusquam factus sum: gloriosior apparebo.* 2. Reg. 6. à v. 20.

Caietan.

29 Modo illustratur testimonium difficile, 2. Reg. 8. 18. ubi dicitur: *Filij autem David erant Sacerdotes:* quod quidem impossibile, cum non Levi, sed ex tribu essent Iuda. Interpretari possumus *Sacerdotes*, idest, Principes: uti 1. Paralip. 18. 17. dicitur: *Filij David primi ad manum Regis:* hoc est in regia, aut aula principes erant, quo sensu amici David dicuntur Sacerdotes. *Ira lairites erat Sacerdos David:* 2. Reg. 20. 26. nimirum, gratiâ & auctoritate valebat apud Regem, tanquam primus in palatio: haud secus, 3. Reg. 4. 5. *Zabud filius Nathan, sacerdos amicus Regis:* sacerdos, per Exergasiam, idest, regis Salomonis amicus. Vox hæcine non est ordinis, sed dignitatis; maxime si subintelligitur nota comparationis: q. d. Erat sacerdos, idest, in ælimatione quasi sacerdos. Haud aliter intelligitur apud Isaiam 61. 6. *Vos sacerdotes Domini vocabimini,* &c. & Apocal. 5. 10. *Fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes:* sicut econtra sacerdos principes dicuntur; uti de Apostolis præcinit David, Psalm. 44. 17. *Constituit eos principes super omnem terram.* Horatius 3. *Carmin.* Od. 1. v. 3. *Musarum sacerdotes:* & Horat. Od. 3. v. 32. dicit: *Troica Sacerdos,* pro Principissa: & Ovid. 3. *Amor.* Eleg. 7. v. 23.

2. Reg. 8. 18 Sacerdos pro Principis, & econtra.

Exergasiam Scripsi. & comparatio sine nota.

Orid.

Ille ego Musarum purus, Phœbique Sacerdos. Sacerdos pro coryphæo Musarum. Si scire cupis, cur apud Reges qui gratiâ atque consilio, dignitateque florent, dicti fuerint Sacerdotes; consule Maluend. in *Genes.* 14. 18. Pinedam in *Iob,* 12. 19. num. 1. & *Forerium* in *Isai.* loc. cit. Hæcine haud displicent: verum videor mihi videre confirmationem usus Ephod apud optimates & principes: quandoquidem filij David erant in cultu extimo sicut Sacerdotes, vel adinstar Sacerdotum, Levitarumve ministrantium; maxime euntes in arcem Sion, quo illa tempestate Arca sacra servabatur, ut à cæteris ornatu distinguerentur, Hinc, *Filij David erant Sacerdotes,* nihil aliud significat, nisi quod regis filij, cum starent ad sacra præagenda per Levitas & Sacerdotes in Sanctuario, quod prope regiam erat; adinstar ministrantium ornati erant Ephod laico. Haud displicet, quod cogitat Ioannes Annius in *Breviar. Philonis de Temporib.* part. 2. *Sacerdos hic* (ait) *accipitur pro præfecto super omnes sacerdotes. Sacerdotes, vel ad manum Regis: idest, ad officia regia, qua tria erant. Primum, ut esset super omnes maiores regni, qui assiscebant ei. Secundum, ut præfesset Sanbedrim, idest, collegio sacerdotum & doctorem legis, penes quos erat publica potestas iudiciorum & sceptrum occidendi & vivificandi, eligendi reges & depoenendi: & ideo dicitur Sacerdos, quia illis præpositus, non ad sacrificandum, sed ad eos continendos regio iure. Tertium officium, ut domus & familia regia tanquam à primo genito regeretur, quod est ius successione: hocque manus habuerunt descendentes à Nathan filio David, fratre Salomonis.* Pariter igitur cogitandum de Samuele, cblato à matre, præsentî nonnunquam sacris: qua de causa, vel pro designando genitricis voto, vel pro devotionis ornatu (qui quasi crepundia infantia) etsi non Sacro, pro ornamento illius ætatis, puer accinctus erat Ephod lineo. Reges habuisse in basilica locum pro maiestate muneris designatum, constat 2. Paralip. 6. 13. qui dicebatur *Gradus introitus,* ibid. 23. 13. quoniam erat in atrio communi iuxta introitum ad Sanctum, ut ait Hieronymus hic, cuius topographiam videris apud Adricom. in *Ierusalem,* n. 97. & Ar. Montan. 4. Reg. 26. Appar. de *Sacris fabricis* in *Ariel.* Hebraicè dicitur *Musach.* 4. Reg. 16. 18. idest, solium cum umbella, in quo Regis cathedra.

Ephod in templo eius vestis Regum & Principum. Ann.

Hieron.

30 Amiculum hocine erat insigne dedicationis in ministerium Tabernaculi. Unde ut constaret votum matris impleri, & filium haud esse in Sanctuario, quia ex ordine Levitico, sed ex voto; vestitus erat Ephod lineo: quod quidem illa perspicue ex-

Tom. V.

Ff

pres-

1.Reg.1.28 prescit, quando ministerio exposuit. *Icirco* (ait) & ego commodavi eum Domino cunctis diebus, quibus fuerit commodatus. Pro intelligentia huius Tautologie circa Levitarum ministratum (de qua sicut de instituto, uti proprio loco, dicemus *Tautolog.* seq.) in concussum est, Levitas mancipatos fuisse Sanctuario, a vigesimoquinto anno, ut vidimus sup. num. 27. postque templo, & quasi templo sub Davide, à vigesimo anno, servientes sacerdotibus in maneribus creditis. *Sub manu filiorum Aäron in cultum domus Domini, in vestibus & in exedris, & in loco purificationis, & in Sanctuario, & in universis operibus ministerij templi Domini.* 1. Paralip. 23. 28. Sic igitur lege sanctum, ita ut post annum ætatis quinquagesimum emeriti viverent, sine coactione ad officia: *Numer.* 8. 25. verum lege permillum, si ultro vellent: *Deuter.* 18. à v. 6. & in Talmudico tractat. *Massecha-Cbolin*, exponitur: meminitque legis Petr. Cuneus lib. 2.

de *Republ. Hebraeor.* cap. 11. Verumtamen voto peculiari tam Levita, quam Sacerdos mancipari servitio quibant & ad tempus & perpetuo, ante vigesimum annum & post quinquagesimum, quacunq; ætate. Unde Samuel, qui Levita genere, voto matris à mamma dicitur esse Domino: quippe cum prolem desideraret votum vovit, dicens, *Si respiciens videris afflictionem famulae tuae, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillae tuae; dederique servæ tuae sexum virilem; dabo eam Domino omnibus diebus vitæ eius.* 1. Reg. 1. 11. Q. d. Non solum serviet, quia Levita; sed æterno Tabernaculi mancipabitur ministerio (imò ex lege Nazareatus, *Numer.* 6. à v. 2. erit intonsus, & abstemius, ut voluit Septuag. Chald. & Iosephus lib. 5. *Antiq.* cap. 11. vel ut cogitat Caietan. hic, quia exceptio non excepta supponit, Nazareum vovit puerum quoad non confuram, & non quoad alia) & dicabitur officio. Ita placet Chryostomo, qui *Homil.* 24. ad *Ephes.* inquit: *Si dederis mihi filium, dabo ipsum Domino toto tempore. Non dixit, anno uno, aut duobus: sed perpetuo, ipsum donum, orationis filium. Ipsa erat Abrabæ filia: ille autem rogatus eum dedit: ipsa dedit etiam ante petitionem.* Sicut enim Anna cum invitaretur post pueri partum in Silo, dixit v. 22. *Non vadam, donec ablaçetur infans, & ducam eum, ut appareat ante conspectum Domini, & maneat tibi iugiter.* Heb. Chald. Septuag. Caietan. & Maluend. *In saculum: ad saculum: in sempiternum.* Quo claret votum heri posse à destinatis in Sanctuarij servitium, citra & ultra tempus à lege ritè & seriò constitutum. Abulensis in *Levit.* 27. q. 67. inquit: An in huiusmodi voto excluderetur, vel includeretur intermissio muneris, per vices concessa; ne continuatione, diuturnitateve officiorum, nimis gravarentur Sacerdotes & Levita? Huiusmodi questio in presentiarum locum non habet; quippe votum Annæ præficerat vicissitudinis formam, post à Davide præscriptam: proptereaque propositum Annæ totum in dedicatione filij, haud aliud quam serviendi Sanctuario, vel à puero omnibus vitæ diebus, vel quandiu vixerit. Hoc est *Iugiter.*

31. Verum occurrit cæcus nodus, ut per funem ambulemus; qui negotium non tantum cogitationi facessat, sed & torquat. Oblatio Annæ videtur opposita voto. Dicam illi aptius quam Tibullus aliò, *lib.* 3. *Eleg.* 4. v. 83.

*Nec tibi crederim votis contraria vota,
Nec tantum crimen pectore in esse tuo.*

Quomodò filius iugiter serviet & sacrat Domino omnibus diebus vitæ eius; si in dedicatione, ac dedicatione profert: *Commodavi eum Domino cunctis diebus, quibus fuerit commodatus?* Tygurin. Septuag. & Roman. eodem sensu: *Ego quoque mancipavi eum Domino cunctis diebus, quibus ipse mancipatus erit Domino.* Chald. per alia aza que alia, ut mos est Orientalibus in eandem cogitationem legit: *Ego tradidi illum, & erit ministrans ante Dominum: omnes dies, quibus ille superstes, ministrabit ante Dominum.* Prius in concordiam placita aliorum DD. altruemus, & restitioijis confirmabimus; postque quid nobis occurrit in expeditiorem, ni fallimur, expositionem dicemus. Doctis. Sanctius hic num. 8. conditionatam arbitratr oblationem, & absolutum votum; quia vota parentum quæ personalia dicuntur, filij haud tenentur implere. Unde absolutum votum ex voluntate matris, sed sub conditione voluntatis filij: hoc est, si filio placuerit. Propriam igitur voluntatem mater demonstravit, voti rea; sed quandiu puer arbiter sui esse nequit: verum cum filij voluntas nequaquam voluntas esset matris, nec ab illa penderet, maxime si capax rationis, illius usum plenum haberet; filio ministerij necessitatem ex proprio voto haud imponit sed permittit illius arbitrio, quod serviat Sanctuario, si voluerit, & quandiu voluerit servire. *Commodavi: q. d. ex me Domino addixi, & omnibus diebus*

Cur Anna vovit ministerium patris, qui quia Levita, dedit Tabernaculo serviet

Samuel an Nazareus? Chryost.

Anna Samuelis dedit per totam vitam.

Tibull.

Tigur.

Chald.

Vota personalia parentum filij non tenentur impleri.

bus eius vitæ. Utinam ipse velit! igitur meo arbitrio semper serviet, ut promisi. Sic utique in Synagoga erat Nazareatus perpetuus & ad tempus; ut patet *Iudic.* 13. 7. & *Actor.* 21. à v. 23. quod constat ex lege; *Numer.* 6. 4. *Cunctis diebus, quibus ex voto Domino consecratur.* Cæterum, si à parentibus filiorum dedicatio voto promissa; filij haud voti rei, quippe parentum tantum personale votum. Sub conditione acceptationis pueri de perpetuo ministerio, vovit & obtulit Anna, scilicet ut filius contrariâ voluntate matris decisionem rescinderet: quod quidem aliquando exprimitur, ut vidimus sup. ex *Soufa* n. 2.

— Tibi gratia dico, si lege parenti
Ius datur in sobolem, si qua est materna potestas.
Sic Metabus, ut liberaret filiam Camillam apud Virgillum, 11. *Æneid.* vers. 556. inquit:

— Ita ad æthera fatur:
Alma tibi hanc nemorum cultrix Latonia virgo
Ipse pater famulam voveo.

Ubi Servius subdit: *Benè, IPSE PATER: quia auctoramenti potestatem nisi patres non habent.* Subscribit Cujacius in *Paratitulis*, inquit: *Pollucitationis species est votum, quod Deo fit, sed illud in eo præcipuum, ut soli patres familias ex eo obligentur quasi actû solemnî & secundum ius.* Virgilius: *Ipse pater famulam voveo.* Idem fecerunt Samnites, ut vincerent Umbros, instituentes *Ver sacrum*: idest, quod nasceretur inter Kalend. Martias & pridie Kalend. Maias, ut ait Tit. Livius lib. 34. *seçtion.* 106. de quo nos fatus in *Ephemerid.* 9. Novemb. Unde ne innocentes filij interficerentur, decretum à Samnitibus perpetuo servire Marti. Adeundi, si lubet Cardinal. Tuschii *Liter.* V. à conclus. 285. Scholastici Cum D. Thom. 2. 2. *quæst.* 88. Suarius Tom. 2. de *Religion.* lib. 4. cap. 17. & Azor, Tom. 1. lib. 11. cap. 15.

32. Caietanus separat sententias, ita ut punctum figat ad *Ly fuerit*, vel *Fuit*, ut ipse ex Hebr. legit: scilicet, *Commodavi eam Domino omnibus diebus, quibus fuit, vel fuerit.* Ipse commodatus à Domino. Hoc est, ex quo fuit in utero meo, vel prius conceptus voto, & commodavi & mancipavi Domino; quia à Domino mihi commodatus, tantum gratiæ acceptus, cum essem sterilis. Suffragatur Maluend. *Accommodavi* (inquit) *omnibus diebus quibus fuit. Ipse postulatus, rogatus precariò Iehova.* Rationem Anna reddit, quare puerum offerat: & quia vovit, & quia illi Deus puerum donaverat: quia de causa filium non offert, sed restituit, à quo accepit. Sic igitur v. 22. ubi *Vulgar.* *Donec ablaçetur infans;* Ipse legit: *Usque ad retribuere v. 23. Mane, donec ablaçetur eum, iterat versionem: sede, usque ad retribuere te eum.* Vides profectò, quomodo oblatio obijciatur retributio. *Non putetis, inquit, me magnam rem, aut admirandam facere; quòd infantem dedico. Non ego huius beneficii sum auctor, sed persolvo debitum. Depositum accepi, & hoc eis restituo qui dedit:* subdit Chrystostom. præfat. *Homil. de Fide Annæ.* Ita grata largitori filij, victa amula, opprobrij abolitâ nota, ut quem acceperat, ni restitueret, sibi videretur ingrata. In exactionem gratitudinis plena, deditat puerum ab ubere. Hinc patet ex periodo oblationis non sequi voti contrarietatem in obicem perpetuæ mancipationis: siquidem cum dicit: *Commodavi eum Domino omnibus diebus, quibus fuerit*, putâ, quibus vixerit; ratum ostendit votum: & insuper dicit, quare ratum, siquidem à Domino commodatus, & acceptus. Favet Arabic. *Adixi Domino cunctis diebus, ut sit minister in istis edo: quandoquidem munus est, quod postuleram.*

33. Corroboravi sententias, ut minus displicerent; proferendaque nostra, et si non præferenda, conformior lectiõni *Vulgaræ*, & iuxta præmissâ n. 28. Ex leg. Levitæ quasi emeriti debebant ultra quinquagesimum annum, & servire non debebant nisi à vigesimo quinto. Samuel Leviticus erat generis. Bonum Levitis Sanctuario ministrare statis temporibus: melius ultra tempora. Votum Annæ de meliori bono: igitur, et si filius ratione generis servire debebat per viginti quinque annos; ratione voti mater ministrare promissit omnibus diebus vitæ filij: scilicet ante vigesimum quintum annum, & ultra quinquagesimum. Sensus ergo periodi modo liquet. *Commodavi omnibus diebus, quibus fuerit commodatus:* idest, quibus servire possit: & cum servire possit ante vigesimum ætatis annum, & ultra quinquagesimum; dedico & dedo ministerio, ultra quod præferit lex. *Haye: Cunctis diebus, quibus habilis ad serviendum.* Regia: *Commodavi eum usum Domino cunctis diebus.* Iam ergo consona voto genitricis pueri oblatio;

Quomodò votum dicitur proprie votum?

Hay.

Quomodò votum dicitur proprie votum?

Hay.

Hay.

Quo pacto votum absolutum erit conditionatum?

Soufa.

Virgil.

Servius.

Cujac.

Quid apud Ethnicos ver sacrum?

Caietan.

Maluend.

Cordi grato libera donatio videtur non donum, sed restitutio.

Christoff.

Arab.

tio; equidem in utroque Samuelis perpetua servituti participatio. In voto liquet, v. 1. In dedicatione, dum obtulit cunctis diebus, quibus posset servire: alias nisi iugiter sacraret Sanctuario, haudquam obtulisset à puero: & dum silitur Domino, puer erat adhuc infansulus, v. 24.

34 Verbum *Commodo* aliquando significat copulare, coniungere aut adherere; quod varijs sacris testimonijs aliter fatagit Pineda in 40. *Iob.* v. 20. quæsiunc. l. n. 2. Hinc nostræ Tautologiæ sensus erit: Copulavi cum Domino, ut cunctis diebus illi adhereret. Hoc est, commodo alicui esse, quod duplici dialecto Hispanæ respondet: nimirum: *Hacer favor*, quasi conferretur gratia; vel *Hacer servicio*, sumpto commodo pro obsequio. Nihil feci *Incommodum* pro nocere, seu esse ad minus, gravamini. Auctoritate Profanorum confirmandum, quod desideratur in Pineda. Seneca de *Tranquill.* cap. 1. *Prosilire* (inquit) *liber in forum, commodare alteri vocem, alteri manum, etsi nihil profuturam.* De *Consolat. ad Martiam*, cap. 13. *Quales retentos putas, cum inter commodatos Scipio fuisse?* Id est, inter abdicatos qui alterius iam in potestatem per adoptionem: ideoque verba abdicacionis apud Romanos erant: *I. & ad illum, quem magis amas, quam patrem*: Marc. Senec. *Controvers.* 8. Tacit. lib. 15. *Annal.* cap. 53. *Ad spem Antoniam nomen & periculum commodavisse, videtur*: Id est, foecasse. Idem in *Agricola*, cap. 32. *Britannorum plerisque dominationi alienæ sanguinem commodantes*: nimirum iungentes. Cicero 2. *ad Atticum*, Epist. 16. *Voluisse illi ordini commodare*; nempe, socium adiungere: quo sensu etiam Petronius in *Satyr.* fol. 41. inquit: *Pro consortio studiorum commoda manum.* Martialis. lib. 9. *Epigram.* 2. & 104.

Commodare, pro coniungere.

Marc. Sen. Verba abdicacionis quæsiunt

Petron.

Martial.

Denique Virgilius, 2. *Æneid.* v. 393. *Laterique Argivum accomodat ense.* Hac ergo acceptione Anna Samuelem abdicans, Domino commodat, id est iungit; quoniam abdicatum adoptat: minimeque Domino copulat ad breve tempus, sed diebus cunctis, ex quo adoptatus à Domino. Quavis *Commodare* accipitur in proprio sensu, nimirum pro traditione rei reddendæ, ac iterum iurè accipiendæ, in qua usus penes commodatarium, & penes commodantem dominium; haud erit à cogitatione matris devium, in filij religiosa abdicacione: igitur cum potestatem in filios habeant parentes; illa ita, puero nactò, cedit Deo, ut cunctis diebus accomodet. Usus enim pueri in ministerio Sanctuarij Deitatis per totam oblati vitam: illique cui Samuel accomodatus, suppetit usus; remanente semper propriè commodo, quippe Samuel semper idem numero.

Quo sensu quoniam Anna filium dedit tantum commodat

Virg.

Commodatus pro abdicato

Auson.

Y. Reg. 1. 11. 28. In Sanctuario inepti ad munus sunt onus.

Martial.

Hebr.

Vita non est vivere, sed valere.

35 Alia cogito, etsi aptiora ab alijs expecto. Tota argumenti moles conteritur modo distinctè significatione accipiat verbum & adiectivum: hoc est, quod *Commodatus* aliud significet, quam *ly Commodavi*. *Commodare*, ut vidimus, idem sonat ac donare, sacrare, abdicare, atque coniungere: *Commodatus* verò indicat habilem, aptumque esse; qua usurpatione Virgilius, 11. *Æneid.* v. 522. ait:

Est curvo anfractu vallis accomoda fraudi.

Nimirum, apta. Velleius Patercul. de *Cæsare*: *Commodabat consilia in omnem eventum.* Denique quod dudum, fol. 86. *Nihil est commodius, quam semper cum sapientia loqui.* Petron. *Auson.* *Edyl.* 5.

Naturale decus sicæ non commodat arti.

Non aptat, scilicet. Sic eruitur germanus sensus sacri testimonijs; & simul liquet Ananiam in eo, quo petijt à Deo Filium, proposito permanere. Vovit afflicta: *Dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius.* Impetravit optata, & voti rea ait: *Scire & ego commodavi eum Domino cunctis diebus, quibus fuerit commodatus Domino*: id est, habilis in ministerium, & ritè servire possit: igitur in templo non apti in officij munus, inepti prorsum, quia Sanctuarij dedecus. At de hoc forsitan in *Didascalij.* Quibus esse parvulus infirmæ valetudinis, tumque ministerio inhabilis: dicitur Anna, *Cunctis diebus quibus fuerit commodatus, quia*

Non est vivere, sed valere, vita.

Astruitque Hebraica lectio. Ubi, *Omnibus diebus vitæ eius*, legitur: *Omnibus diebus vitæ eius.* Vita vitæ est in vita firma valetudo, sine qua vel vivens ad qualibet munera ineptus: Annaque filium commodat Domino cunctis diebus, quibus Domino commodatus fuerit, id est, in ministerium aptus; quoniam alias non offerret Tabernaculo manus, sed onus. Ex repetitione constat intuitus. *Commodavi* (ait) *eum Domino,*

ENUN-

cunctis diebus, quibus fuerit commodatus Domino. Quid quòd Domino dedecim in ministerium Sanctuarij, si ibi ineptus in obsequium Domini? Toto vitæ tempore gratiæ Dei, specialique providentiæ, Samuel expeditus in ministerium; ita ut dicat Hieronymus ad *Latam Epist.* 7. *Anna filium, quem Deo voverat, postquam obtulit in Tabernaculo: nunquam recepit.* Manifesta sunt Annæ virtutes tam in voto pro filio, quam in oblatione pro voto. Reddit quod vovit, & quomodò vovit: tacitaque dicit cunctis afflicta: *Vovete & reddite Domino Deo vestro omnes qui in circuitu eius affertis munera.* *Plalm.* 75. 12.

Hieronym.

36 Quam longè ab huiusmodi seriâ exactione voti quod, circa proprium in statu perfectiore à communi, operati Ananias & uxor eius Sapphira! igitur vel liberâ perfectione charitatis, qua conveniant, cuncta fuisse communia (ut placet Caetano) vel ex voto voluntarij paupertatis, cuius professio fiebat nullo cogente, quando ad pedes Apostolorum rerum deponeretur pretium, quin in usum aliquid retineretur (ut tenent PP. & Expositores) fraudarunt de pretio agri venditi, & partem tantam quandam ad pedes Apostolorum iactarunt conscientia lasa. Tunc Petrus zelo religionis percitus, in Ananiam ita fulminavit: *Cur tentavit Satanas cor tuum, mendicare te Spiritui Sancto, & fraudare de pretio agri? Nonne manens tibi manebat, & venditum in tua erat potestate? Quid sit hæcine geminatio participij & verbi (etsi sæpe dixerimus, ex illis unum accipi pro adverbio, vel superlativo, quæ indicant epitaſim in articulo, vel vehementiam animi, vel affectum actionis, aut in actionem) in presentiarum alium sensum pleonasmus habet pro materia circa quam geminatio verbi fit. Unde pro expositione, ne capites, eò quod præposito agro, de quo dicitur, *Manens manebat*; additur: *Venditum*, quasi mala interfit concordantia: siquidem ibi subintelligitur pretium, quod neutrum est; vel aptius, quia ut vidimus sæpe, remanet in Vulgato articulo generis lingue, sive idiomatis originalis. Præter dicta, *Tom.* 3. *Y. 9. num.* 34. & *Tom.* 4. *T. 11. num.* 9. accipe alia. *Plalm.* 74. 9. *Calix in manu Domini vini meri, plenus miffo: & inclinavit ex hoc in hoc*: pro *In hunc calicem*; quia *Poterion*, vel *o-therion*, Græc. neutrius est generis. *Hebr.* 9. 4. *Tabernaculum, quod dicitur Sanctuarij: in qua urna aurea habens Manna*, &c. pro *In quo*, quippe *Selene*, quod Tabernaculum, feminini generis. Similiter in presenti concordantia. *Venditum* dicitur *Ager*, igitur Græcè *Coörion*, sive *Prathen*, neutrius generis: qua de re aliqui relative ad *Agrum*, legunt: *Venditatus*. Adi Caeteran. & Lorinum.*

Ab. 5. 3. 4. Geminatio participij & verbi, pro adverbio & superlativo.

Retinetur aliquando genus linguæ originalis.

37 Nec etiam offendas, cum legeris: *Venditum in tua erat potestate*; cum dominium non includat, imò excludat venditio, transente in emptorem potestate: etenim in sacra pagina antecedens sæpe usurpatur pro sine operis, seu operationis effectu. *Ioan.* 4. 38. *Vos in labores eorum introistis*: id est, in fructus. *Plalm.* 127. 2. *Labores manuum tuarum, & 104. 44. Labores populorum possederunt*: hoc est, fructus, sicut ibid. *Antecedent* v. 35. & 36. *Omnem fructum terra eorum: primitias omnis laboris eorum.* *Iacob.* 1. 4. *Patentia opus perfectum habet*: nimirum operis perfecti pramium. Sicut sæpe dicitur *Opus mercenarij*, *Levit.* 19. 13. *Opus iustitiæ*, *Isai.* 32. 17. *Opus legis*, *Rom.* 2. 15. Quod quidem frequentius in nominibus abtractis. *Math.* 16. 26. *Quam dabit homo commutationem pro anima sua?* nempe quale prætium pro commutatione? Sic *Plalm.* 129. 4. *Apud te propitiatio est.* & v. 7. *Copiosa redemptio.* Denique *Ephes.* 1. 7. *Habemus redemptionem per sanguinem eius*: scilicet prætium, seu lytrum eius sanguinis. Siccine isthac & alia similiter Metonymicè dicuntur, sumpta causâ pro effectu. Sic Soles usurpantur pro calore. Martialis, lib. 14. *Epigram.* 28. Pro diebus, idem lib. 8. *Epigram.* 14. *Horat.* 4. *Carmin.* Od. 5. v. 8. *Virg.* 3. *Æneid.* v. 203.

Tres adeo incertos cæcâ caligine Soles

Erramus pelago: totidem sine sidere noctes.

Antecedent pro consequenti, & actio pro fructu actionis.

Metonymia: causa pro effectu.

Virgil.

Eadem *Ecolg.* 9. v. 52-2. *Georgic.* v. 332. Euripid. in *Ione*, v. 102. ait: *Labores, quos à puero laboramus usque: & Sophocl. in Electr.* v. 759. *Quæ opera operatus? Quæ sortitus mala!* His ergo claret causam sumi pro effectu, seu pro exitu actionis. Haud secus in auctoritate sacra, ager dicitur manere, & esse in eius potestate, quia prætium agri erat, & manserat, ni vovisset.

38 Modò in rem excusis obstaculis. Qui voto paupertati obstrictus, rerum potestatem non habet, nec dominium. Priusquam votum fiat, utrumque habet, & utriusque quod quidem nomine mansionis, permanentiæ, vel possessionis significatur tam in Biblia, ut illud *Ioan.* 14. 23. *Venimus & mansionem apud eum faciemus*; quam apud Profanos,

Virgil. fanos, ut illud Virgilij, v. 22. Priami dum regna manebant: scilicet, persistebant, vel subsistebant. Ius ergo dominij in res, Ethnici vel Synonymia, vel Palilogia, aut plerumque Pleonasmus graphicè expriment. Plin. lib. 1. Epist. 16. in fit: Tenet, habet, possidetque, Virgil. 10. Aeneid. v. 500. Gaudetque potitur. Sophocl. Oedip. in Colon. v. 1084. Habens habes. Homeri. 17. Odyss. v. 81. Ipsum habentem te volo frui. Ita ergo ager priusquam additus voto, tibi manebat, ac similiter manebat pretium, nisi voti fides; quippe tunc penes te plenum ius totamque dominium: hinc additur iure: In tua eras potestate: igitur illo uti quibus ad libitum possessivo iure; & si placebat, quoniam tuum, poterat abdicate, aut alienare cum dominij transferentia: at verò quum nihil te proprij habiturum vovisti; aliquid retinens, non solum mentitus es hominibus, sed etiam Deo. Haud reddidisti votum, & deliquisti.

Matata voluntas. Falsi crimen habet: cumque est iam cautio voti, Stare decet, nec velle prius violare sequenti. Ius proprium retinere magis, quam demere fas est.

Ita Arator lib. 11. in Act. Apostol. v. 426. Habes aliquid, sed non iure. Spontè vovisti; nemo te coëgit. Ante votum, retinere quibus & tenere: post os apertum, id est promissionem, sine iure vivis. Si aliquid habes, non tuum: iustum est, quia invito Domino. Scire enim debemus, & nequaquam ignorare, quacumque promittimus, non ea deinde nostra esse, sed Dei: ait Atanas. de Passion. & Cruc. Domin. Testis fidelis non mentitur: ratum debet esse ius iurandum, quod verbis conceptis iurasti. Qui usum rei alienius, concessum à superiore, supposito voto paupertatis habent; ranguam non habentes sunt; etenim nullum illis vel in usu dominium. Tu autem ante votum habens agrum habebas potestativè & quoad usum, & quoad proprietatem. Sic manens manebat ex iure: falsò vovisti, dum tutela voti statuit, quòd sine iure non manendo maneret. Vel ex pone geminationem in duplicem agrum statuit: scilicet manente agro, vel manente pretio. Quocumque modo maneret, tibi manebat. Omnino tuum erat, & penitus, nonnunquam; participio exposito per adverbium. Sic status agrj manentis; & tibi nocet, quoniam adhuc post alienationem manet. Votum patet falsum, aut fictum: quando quidem post votum, tibi nec ager debet manere, nec pretium. Canit quòd supra Aratus v. 392.

Non prodige rerum. Venditor ista facis, sed qui tua iura tenere Ambitiosè cupis. Quid enim substantia prodest, Quæ servata perit?

Sine iure non est ius. Aliè circa presentem articulum, quæ ab AA. excitantur quasi rationes, extra nostrum sanè institutum & propositam.

39 Tautologia principalis verònes variæ. Lactavit filium suum, donec amoveret eum à lacte. Pagnin. & Caietan. Lactavit, donec ablactaret eum. Maluend. Sogere fecit filium suum usque ad retribuere eam eum. Augustin. Fuit apud matrem tempore lactis. Philo Bibl. Lactavit infantem, quousque fieret duorum annorum. Hayc. Lactavit, habens secum triennio. Ita plures. Modò ad mores.

ADINATON EXEGETICUM.

1 Lactavit mater Samuëlis filium suum donec amoveret eum à lacte. Maria Virgo filium suum lactavit, quin ab ubere amoveret: etenim cum Christo vulnera suavissima lenocinia, quia amoris nota; quousque tempus veniret passionis crucis, Virgo filium lactavit vulnerè circumcissionis. 2 Lactavit, donec amoveret eum à lacte. Tunc mater dicavit ex corde Domino: excellentior virtus elucet in Benedicto: igitur Deo devovetur, priusquam sit, non à matre, sed à se, & insuper ut ruti-

let singulariter virtus, Dei est antequàm lactatus. 3 Lactavit, donec amoveret eum à lacte. Cælum homines quasi ad ubera lactat, sed superiora demonstrat, ad quæ nemo scanderet, nisi cælum à lactatione repelleret: & quos spe felicitatis lactavit, persecutionibus ab uberibus removet ut degustent dulcedinem, propter illud patientes persecutionem: equidem amplior in usum dulcedo, ubi vehementior in laborem perfectio. 4 Lactavit, donec, &c. Secus in Monachis

Manisio significat rei pacificam possessionem.

Arator.

Atanas.

Quid sit manere manendo.

Arator.

Varietas lectionum.

chis imperfectis, qui habitu censentur Monachi, estò ab instituto perfectionis separati: siquidem cum in virtu-

tis habitu solum formentur virtute, Monachi erunt, quandiu fuerint Monachi.

DIDASCALIA I.

Amor Christi vicit tempus, à tempore victus:

NIL satis festinatur amanti. Omnia sperat, omnia sublinet robore valido amoris, præter intervalla temporis: etenim fulminantem è pectore flammam, fallit volatilis ætas. At quid amans, ut fallat ætatem? Arctatur tempore, & ut dirumpat vincula, acui in morulas ingeniosus arma. Fortior est tamen his imperiosus amor? Nullatenus: flagrat de tempore quæritulus, quippe temporis velocitas amori pondus. Haud cadit tempore flammæ fervor, sed

Nil satis festinatur amanti.

Strozius. Strad.

Amor impatiens est.

Ovid.

1. Reg. 1. 23

Lev. 22. 27. Christi in cordis demonstrationem volat.

ab ubere effunditur. Vix oritur, & iam patitur. In sinu Auroræ matris vix Sol emittit humanitatis fulgorem, & tantum actutum splendoris sustinet pupus Eclipsim. Non sufficit sanguis cordis teucellilachrymis, quin sanguis etiam effundatur è venis? Flos nascitur, & cito decerpitur, ubi acumine filicis excitatur flamma cordis, ut corda hominum possit studio ac dispendio trahere, in temporis motu sine temporis obice: etenim pernicio amore contereit vincula ætatis; quippe Sol non tantum nascitur, sed Sol ad pennas in pennis. Agit & agit, etsi à tempore lege indicata detinetur. Motus accelerat, supervolat; quia tempus haudquaquam numerus in motu Solis, sed Sol est mensura temporis. Modò serio, quòd alibi prælavimus quasi per indicem.

Malach. 4. 4

3 Pictus Amor olim habitu agricolæ cum falce & hoccine lemmate: Impatiens omnia simul: Paracellum videris, & Picinell. M. Symbol. lib. 24. n. 37. Quod sinistra in tertia seminabat, altera manu seipicula metebat. Haud videtur mysterij circumcissionis hieroglyphicum, sed speculum. Christus, amor cordium nascitur nobis habitu rustico humani quasi generis, exercetque quamprimùm acumen falcis. Siccat? Seminat, & metit? Ratione temporis adhuc in herba mæsis. Dies à nativitate duntaxat signantur octo. Uti que, sed impatiens omnia simul. Scilicet in nobis rerum natura vocata est, Cumque meis curis omnia longa facit.

Paracellus. Amor cum falce quare?

Ovid.

Num. 17. 8. 10.

2 De genitrice Samuelis dicitur, Lactavit filium suum, donec amoveret eum à lacte. Maria Virgo mater Christi, filium lactavit, quin ab ubere amoveret: igitur cum filio suavissima lenocinia vulnera, quæ amoris nota; quousque tempus veniret passionis crucis, Virgo lactavit filium vulnerè circumcissionis. De victimis statuitur à Deo. Septem diebus erunt sub ubere matris sue, die autem octavo deinceps offerri poterunt Domino. Idem, Exod. 22. 30. En sacrificium Virginis, expressioque maxime charitatis Dei infantis: igitur nascitur, & eius sanguis vel

In Circumcissione Christi flores 18. parisi & fructus eius amoris.